

addita ibi hac ratione: Cum nec vera electio, nec vera postulatio resultet ex ipsis, quin sibi potius inchoem aduersentur. Item probantur ista formulae, **43** Eligo in postulandum, vel postulo in Eligendum textu expresso in cit. cap. Unico, addita ibi hac ratione: Cum rem imperfectam significare noscantur. Item reprobat etiam ista formula: Eligo, & Postulo, prout potest melius de Jure valere, textu expresso ibid. addita hac ratione: Cum incertitudinem contineat. Excipitur tamen casus, quando probabiliter dubitatur, utrum quis sit eligendus, vel potius postulandus, quo casu is, qui sic postulatus fuerit & electus, consensus tempore, viam electionis, vel postulationis, ne in certo vagetur, eligere necessario tenetur, recedendi ad aliam (postquam unam elegerit) sibi licentia panitus interdicitur. Sic præcisè verbis Bonifacius VIII. in cit. cap. Unico de postulatione Prælatorum in 6. ubi, ut vides, in tali casu debet sic Postulatus, seu Electus, tempore consensus, eligere viam electionis, vel postulationis, ne vagetur in incerto, & una harum electa, non poterit redire ad alteram, id est, si elegerit viam electionis, non poterit amplius redire ad viam postulationis; & si elegerit viam postulationis, non poterit amplius redire ad viam electionis. Consensus autem præstare debet intra mensem post presentationem sibi factam ex citatis Juribus & Gloss. supra n. 39. addita Gloss. in cit. cap. Unico, de Postulatione Prælat. in 6. verb. Consensus: ubi sic expresse dicit: Quem infra mensem post presentationem sibi factam exhibere tenetur.

Alia ad rem. Vide verb. Episcopus art. 2. & 3.

PŒBENDA.

- 1 Præbenda suppressa, ut fructus assignentur Theologo, qui legat, & prædicit, Clerico Seculari, & non Regulari assignandi sunt; Sac. Cong. Rituum in Illerden. 15. Novembr. 1603. quam refert Sellius in selectis canon. cap. 52. num. 11. & Barbosa in Summ. Apostolicar. decision. verb. Præbenda num. 1.
- 2 Præbenda, quæ mutat statum, & de Diaconali effecta est Presbyterialis, debet gerere habitum Presbyteralem, non autem Diaconalem; Sac. Congr. Rit. in Januac. 24. Mart. 1612. teste Sellio dist. c. 422. num. 12. Barbosa loc. cit. num. 3.
- 3 Præbenda Presbyterali vacante, poterit Episcopus eam conferre illi, quia Diaconalem, seu Subdiaconalem habet, & has uni, qui etatem habet pro his obtinendis: S. C. Conc. penes Nicol. Garc. de benef. par. 7. cap. 4. n. 26. Barbos. loc. cit. n. 3.
- 4 Præbenda in mensibus reservatis Sedi Apost. vacans non potest erigi in Præbendam Penitentialem; S. C. C. apud Nicol. Garc. de Benef. p. 5. c. 4. numer. 127. Barb. loc. cit. n. 5.
- 5 Præbenda post Concilium primo vacans, si non fuit in Penitentialem erecta, potest optari, sed si ante optionem Episcopus erexit, erectio prævalet, etiam si postea optaretur, Sac. Congreg. Concil. apud Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 4. n. 129. & apud Barb. in dist. Summ. Apost. decis. verb. Præbenda n. 5.

PŒBENDA

THEOLOGICALIS ET PŒNITENTIALIS.

SUMMARIUM.

1 Deputatio actualis requiritur ad erectionem Præbende Theologalis.

- 2 Erectio Præbende Theologalis non habet locum in ea, quæ vigore status à sequenti Canonico optatur.
- 3 Deputatio Præbende Theologalis non habet locum in Ecclesiis Regularibus.
- 4 Collatio Præbende Theologalis erecta post Concilium spectat ad eum, ad quem ante Concilium spectabat.
- 5 Regulari conferri non potest Præbenda Theologalis Ecclesie Cathedralis.
- 6 Præsens in choro habendus est ille, qui habet Præbendam Theologalem, pro diebus legit, & qualiter.
- 7 Canonice Præbende Theologalis, si legere nolit quomodo ab Episcopo compellendus?
- 8 Canonici antiquiores præcedunt illi, qui habent Præbendam Theologalem.
- 9 Optari non potest Præbenda, quæ erecta fuit in Theologalem.
- 10 Optioni non subjacet Præbenda Theologalis, postquam est effectum sortita.
- 11 Optandi ad Jus competens Canonici non est admittendus Canonice Theologalis.
- 12 Optare aliam Præbendam adinstar aliorum Canoniorum non potest obtinens Præbendam Theologalem.
- 13 Theologus, & Penitentiarium Canonice non est admittendus ad Jus optandi.
- 14 Episcopus, dum Præbenda Theologalis vacat, potest fructus applicare persone, quæ suppleat.
- 15 Præbenda primo debet prius per Episcopum assignari pro Theologo, quam pro Penitentiarium.
- 16 Collatio Præbende uniendæ Officio Penitentiarium ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat.
- 17 Alia ad rem, remissive.
- 18 Add. per remissionem.

Præbende Theologalis ad erectionem requiritur actualis deputatio, & ideo si in provisione Præbende non fuit facta actualis deputatio, non potest provisus compelli obire munus lecturæ. Sac. Cong. Conc. teste Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 4. n. 155. & apud Barb. in Summ. Apostol. decis. verb. Præbenda Theologalis num. 1.

Præbenda Theologalis erectio locum non habet in ea, quæ vigore status à sequenti Canonico optatur, sed illa Præbenda, quam dimittere Canonice novissime optat, huic muneris unita, & affecta remaneat. Sac. Congreg. Concil. in Saonen. 6. Junii 1592. penes Nicol. Garc. in addit. ad rum tract. de benef. par. 5. cap. 4. num. 130. & Barbos. loc. cit. num. 2.

Præbenda Theologalis deputatio non habet locum in Ecclesiis Regularibus, ubi Ecclesie non sunt distinctæ, nec Ecclesie numeratæ, prout est Ecclesia Cathedralis Pamplionensis, sed cogendi sunt Monachi, ut provideant de Lectore idoneo Theologia, qui publice legat, non solum ipsis Monachis, sed omnibus aliis audire volentibus. Sac. Cong. Concil. in Pamplion. 9. Septemb. 1573. apud Barbos. loc. cit. num. 3.

Præbenda Theologalis collatio erectæ post Concilium spectat ad eum, ad quem ante Concilium spectabat, scilicet ad Capitulum, & institutio ad Episcopum. Sac. Cong. Concil. in Toletana 24. Septemb. 1592. apud Barb. loc. cit. n. 2.

Præbenda Theologalis Ecclesie Cathedralis conferri Regulari non potest. Sac. Cong. Episc. & Regul. 28. Junii 1583. quam refert Sell. in select. canon. c. 16. n. 42.

Præbendam Theologalem habens diebus, quibus legit, habendus est tamquam præsens in choro, non mo-

PŒCEDENTIA.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus brevi manu, summarie, & de plano componere potest Præcedentiarum controversias in processionibus, & funeralibus exortas.
- 2 Dignioribus semper danda est præcedentia.
- 3 Episcopi præcedunt inter se secundum tempus electionis, seu provisionis.
- 4 Episcoporum in Conciliis Provincialibus præcedentia statuitur juxta tempus Ordinationis, non secundum Dignitatem Ecclesiarum.
- 5 Canonici Ecclesie Cathedralis præcedunt Canonice Collegiate.
- 6 Canonice Ecclesie Cathedralis danda est præcedentia in processionibus, & funeralibus.
- 7 Canonice Collegiatarum an habeant præcedentiam supra Collegium Parochorum.
- 8 Parochi Ecclesiarum quomodo inter se præcedant.
- 9 Clero Seculari supra Regulares præcedentia debetur.
- 10 Sacerdotes ex ancianitate Ordinis, non ex gradu Doctoratus, inter se præcedunt.
- 11 Ancianitatis præcedentia inter ejusdem, & non diversi Ordinis Milites servanda.
- 12 Baccivi Capitulares, & Militæ magnæ Crucis Religionis Hierosolymitane inter se præcedunt per ancianitatem.
- 13 Advocatorum Consistorialium præcedentia ante alios Advocatos Rom. Curie.
- 14 Canonice Secularium Ecclesie Lateranensis præcedentia est ante Canonice Basilicæ Sancti Petri.
- 15 Canonice S. Georgii in Alga præcedunt Canonice Cong. Lateran.
- 16 Canonice Regulares Lateran. præcedunt Monachis Cassinensibus.
- 17 Fratres Predicatores præcedunt aliis fratribus Mendicantibus, & non Mendicantibus.
- 18 Præcedentia inter Regulares in territorio Romano servanda est sicut in ipsa Urbe.
- 19 Monachi præcedunt juxta Bullam Gregorii XIII.
- 20 Cistercienses reformati præcedunt Mendicantibus.
- 21 Fratres Mendicantes semper, & ubique tribuere debent præcedentiam Monachis.
- 22 Fratres Minores de observantia præcedunt fratribus Minoribus Conventualibus.
- 23 Fratres observantes, & Tertiarii S. Francisci præcedunt inter se juxta Bullam Gregorii XIII.
- 24 Præcedentia inter simplices Presbyteros debetur ancianis, nisi Presbyteri Minores suppleant vicem, & munus Parochi.
- 25 Prothonotarius ratione hujus Dignitatis non præcedit in Choro, & functionibus aliis presbyteris ancianis, quomodo in Ecclesia non adsum distribuciones.
- 26 Declara quatenus non incedat in habitu prothonotarii.
- 27 In processionibus, quæ fiunt cum intervenitu Capituli Cathedralis, Beneficium illius præcedunt supra Parochos.
- 28 Præcedentia, quæ debetur Parochis perpetuis, debetur etiam Curatis amovilibus.
- 29 Quod præcedit etiam in eorum substitutis, & subrogatis.
- 30 Præcedentia inter Regulares utriusque sexus

modo pro illis Hotis Matutinis, & Missa solemnibus, sed etiam pro tota die, ac distributiones quotidianas percipere debet. Sac. Congreg. Concil. testibus Armendar. in addit. ad recop. legum Navarra lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. canon. n. 68. Nicol. Garc. de benef. par. 3. c. 2. n. 218. apud Barb. loc. cit. num. 6.

Præbendam Theologalem obtinens, si legere ullo modo nolit, poterit Episcopus illum cogere comminationibus penarum, sequestrationibus fructuum, assignatione portionis de eisdem fructibus alteri, qui ipsius loco legat: demum crescente contumacia, ad alias penas, etiam privationis, devenire poterit, factaque privatione ad corroborandum Concilii decretum Episcopus declarare debet, talem Præbendam, & Canonice affectum fuisse, & esse ex Concilio pro Sacre Scripturæ Lectore: tunc eligat personam idoneam, quæ id munus per se ipsam exequi valeat, & illi per Ordinarium Collatorem hujusmodi Præbenda conferatur. Sac. Congreg. Concil. in Majoricen. apud Sellium in sel. Canon. cap. 8. num. 12. & Barbos. loc. cit. n. 7.

Præbenda Theologalis non est Dignitas, & ideo primum locum eam obtinens relinquere debet antiquioribus Canonice. Sac. Cong. Concil. in Mediol. apud Barb. loc. cit. n. 8.

Præbenda optari non potest, quæ fuit erecta, & deputata in Theologalem pro Theologo, à sequenti Canon. Sac. Cong. Conc. teste Nicol. Garc. de benef. p. 5. c. 4. n. 132.

Præbenda tam Theologi, quam Penitentiarium, etiam postquam est effectum sortita, non subjacet optioni. Sac. Congreg. Concil. 12. Febr. 1601. quam citat Nicol. Garc. de benef. in addit. p. 5. cap. 4. n. 122.

Præbendam Theologalem obtinens non est admittendus ad Jus optandi competens Canonice. Sac. Cong. Conc. quam adducit Nicol. Garc. in addit. p. 5. c. 4. num. 134.

Præbendam Theologalem obtinens non potest illam dimittere, & aliam optare ad instar aliorum Canoniorum. Sac. Cong. Conc. die 7. Jun. 1601. apud Barb. loc. cit. num. 12.

Præbenda Theologalis, vel Penitentiarium, sicut non potest ab aliquo Canonice optari, cum detur per electionem, prævio examine, ita Theologus, vel Penitentiarium non est admittendus ad Jus optandi. Sac. Cong. Conc. die 12. Febr. 1601. quam refert Sell. à c. 8. n. 13.

Præbenda Theologalis dum vacat, potest Episcopus fructus applicare alicui persone, quæ suppleat munus legendi. Sac. Cong. Episc. & Regul. in Camer. 8. Febr. 1694. penes Sellium, d. c. 8. n. 15. & Barb. loc. cit. num. 14.

Penitentiarium providere de prima Præbenda non est in optione Episcopi, licet ratione Curæ animarum videatur esse magis necessarium, sed potius de ipso providere debet prius Theologum propter verba Concilii sess. 5. c. 1. de reform. Verum si magis expediens in aliquo loco particulari fuerit iudicatum, ut prius de Penitentiarium provideatur, habenda est confirmatio à Sede Apostolica ad omnem difficultatem tollendam. Sac. Cong. Concil. in Civit. Castellana 17. Nov. 1629. quam refert Sellius in sel. can. c. 26. num. 40.

Collatio Præbende uniendæ officio Penitentiarium ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat: unde si contingat in mense Apostolico officii Penitentiarium, & unitæ Præbende vacatio, vel alias Præbenda esset reservata, vel affecta, electio persone hujusmodi Penitentiarium pertinet ad Papam. Sac. Congreg. Concil. teste Nicol. Garcia de benef. par. 5. cap. 4. num. 144.

Alia Vide Verb. Canonice art. 9. Confer, quæ diximus in additione ad verb. Canonice art. 1. & 2.



- incipit à die professionis, non habitus, no obstante qualibet pretestu, & contraria consuetudine.
- 31 Si duo profiterent eodem prorsus temporis momento, & eodem quoque tempore fuissent vestiti, data paritate professionis, præcedit qui prius acceptatus fuit, licet in eodem Capitulo.
- 32 Etiam si professio facta fuisset in alio Monasterio.
- 33 Licet quis cedere vellet Juri suo.
- 34 Non obstante qualibet contraria consuetudine, que declaratur abusus.
- 35 Qui professionem nulliter emissam ratificavit, non nisi à tempore ratificatae professionis præcedentiam meretur.
- 36 Ex gratia concessa fuit præcedentia à Sacra Congregatione à die completi anni Novitiatum, dum per Novitium non steterat, quominus professionem committeret.
- 37 Præcedentia in professis ante tempus bona fide incipit à fine 16. annorum.
- 38 In Laicis factis Clericis per Breve incipit à die professionis Clericalis.
- 39 In Novitiis, durante Novitiatu, præcedentia demeritur à die Habitum.
- 40 Novitii Clerici in Ordinem Minorum de Observantia non præcedunt Laicos professo; bene vero in Ordine Minorum, & alii.
- 41 Clerici, & Chorista præcedunt conversis, licet professione antiquioribus.
- 42 Clerici Religionis Ministrantium infirmis, in quibusvis ætibus, Laicis ejusdem Ordinis etiam antiquioribus professione præferuntur.
- 43 Præcedentia Fratribus Minoribus de Observantia de una ad aliam provinciam incorporatis, debetur à die incorporationis; Quod currit etiam si Religiosus incorporatus in alia provincia denuo redeat ad suam primam, ibique, ubi primo habitum sumpserat, reincorporetur.
- 44 Regulares inter se præcedunt secundum ordinem præscriptum in Bulla Gregorii XIII. que quantum ad præsentem hic affertur.
- 45 Insuper affertur ad hoc alia consimilis constitutio Urbani VIII. Confirmans decreta Sac. Congregationis, utpote ad mentem dictæ constitutionis Gregorii XIII.
- 46 Constitutio Gregorii comprehendit etiam PP. Ord. Prædicatorum.
- 47 Item comprehendit etiam Monachos.
- 48 Regulares Conventus de recenti fundati in loco, quo adest aliter ejusdem Ordinis Conventus, gaudent eadem præcedentia, qua gaudent Fratres illius antiquioris sui Ordinis Conventus.
- 49 Et hoc non solum quando fratres modernioris Conventus incedunt simul sub cruce antiquioris Conventus, sed etiam quando incedunt soli sub propria cruce.
- 50 Item Regulares succedentes de recenti in Conventum eis cessum ab aliis Religiosis ejusdem Ordinis gaudent præcedentia, qua super alios gaudebant Religiosi primo ipsum inhabitantes.
- 51 Religiosi diversorum Conventuum ejusdem Ordinis præcedunt inter se juxta anterioritatem Conventuum: Minores tamen de Observantia ubique, & in omnibus gaudent præcedentia super Reformatos.
- 52 Regulares Conventus conatu, seu violentia Turcarum, aut Hæreticorum, vel hostili furore suppressi, & postea ipsis restituti, gaudent pristina præcedentia, & recuperant omnia primæva Jura.
- 53 Secus autem, si fuerit motu proprio Papa suppressus, & postea ex mera gratia à S. Sede

- restituitur, nisi in literis Pontificis aliud exprimitur.
- 54 Regulares in processionibus incedunt post Confraternitates Laicorum.
- 55 Regulares in suburbis, & territorio Romano tenent præcedentiam sicut in ipsa Urbe.
- 56 Clerum secularem in processionibus antecede debent Regulares, nec cum eo possunt mixti incedere.
- 57 Præcedentiam præstendere non possunt Regulares super Parochum Regularem, quando inter alios Parochos præcedit in processioneibus.
- 58 Clero seculari in processioneibus digniorem locum cedere debent Regulares, licet prior Regularium deferat reliquiam. Præcedentia enim debetur totis Regularibus paratis.
- 59 Quoad ea, que concernunt præcedentiam Episcoporum, remissive.
- 60 Quoad ea, que concernunt præcedentiam Vicarii Generalis, remissive.
- 61 Quoad ea, que concernunt præcedentiam Canoniorum, remissive.
- 62 Quoad ea, que concernunt præcedentiam Coadjutorum, remissive.
- 63 Quoad ea, que concernunt præcedentiam Vicarii Foranei, remissive.
- 64 Quoad ea, que concernunt præcedentiam Confraternitatum, remissive.
- 65 Quoad ea, que concernunt præcedentiam Magistratum, remissive.
- 66 Quoad ea, que concernunt præcedentiam generatim, remissive.
- 67 Assignatur, quibus danda sit præcedentia in Disputationibus publicis.
- 68 Canonici Clerici, ubi præbende non sunt distincte in Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales, cum promoventur ad Sacerdotium, non recuperant præcedentiam, quam prius ceperant Canonici Presbyteris possessione posterioribus.
- 69 Canonici Collegiate in omnibus præcedunt Parochis etiam Ecclesie Matricis.
- 70 Que præcedentia debeatur Missionariis de Observantia pro Sanctis Locis, & aliis, remissive.
- 71 Canonici Regulares Lateran. præcedunt omnibus Regularibus in processioneibus.
- 72 Affertur dispositio Innocentii XIII. quoad præcedentiam inter Clericos & Laicos Reformatos, & Tertii Ordinis.
- 73 Substantur Supplementa Auctoris, ad n. 88.
- 89 Additiones ex aliena manu.

Præcedentiarum controversias in funeribus, & processioneibus componere potest Episcopus brevi manu, summarie, & de plano, ac sine strepitu, & figura Judicii. Sac. Congreg. Concil. testibus Franc. Leone in thesaur. for. eccles. part. 1. c. 8. num. 18. Campan. in diversorio Juris canon. rubr. 12. c. 13. n. 120. Amendar. in addit. ad recop. legum Navarre lib. 1. tit. 14. l. 24. §. 31. de processione. num. 10. Modern. Hisp. de Regia protecl. tom. 1. part. 2. c. 9. num. 15. Lezana in Sum. q. Regul. tom. 3. verb. Episcopus quoad Regulares num. 13. & Barbos. in Summ. Apostolic. decr. verb. Præcedentia num. 1.

Præcedentia semper Dignioribus danda est. Sac. Cong. Rit. in Sancti Severin. 1. Septemb. 1607. quam refert Sellius, in select. can. c. 47. n. 5. & Barbos. loc. cit. num. 2.

Præcedentia inter Episcopos nulla alia ratione regulatur, nisi electionis, seu provisionis, ut qui prius electus, seu provisos fuit de aliquo episcopatu, alteri postea electo, seu promoti præcedat. Sac. Cong. Rit. in Segobien. 31. Martii 1609. penes Sellium dict. cap. 46. num. 6. Et præcedentia inter Epis-

- copos, & Protothotarios participantibus Pius II. constituit. 4. incip. Cum servare, pridie id. Jun. 1459. apud Laert. Cherub. in Bullar. tom. 1. p. 310.
- Præcedentia Episcoporum in Conciliis Provincialibus statuenda est juxta tempus Ordinationis, non autem secundum dignitatem ecclesiarum. Sac. Cong. Conc. die 9. Aprilis 1596. referente Sello d. c. 46. n. 7. & Barb. loc. cit. n. 4.
- Præcedentia semper debetur Canonici ecclesie cathedralis supra Canonicos ecclesie collegiate, etiam in associandis funeribus propterea ipsius collegiate parochie. Sac. Cong. Rit. in Præsentina. Cavarum. 28. Augusti 1618. de qua Aidan. in compendio can. res. lib. 3. tit. 6. num. 3. & Barbos. loc. cit. n. 5.
- Præcedentia in processioneibus de funeralibus danda est Canonici ecclesie cathedralis. Sac. Cong. Rit. in Ripana. 30. Jul. 1616. apud Aidan. d. tit. 6. n. 4. & Barbos. loc. cit. n. 6.
- Præcedentia debetur Canonici ecclesie collegiate supra Collegium Parochorum, & aliorum Presbyterorum etiam ipsius civitatis, dum occasione Synodi, vel alterius similis causa simul conveniant. Sac. Cong. Rit. in Faventina. Brisignelle. 12. Martii 1616. attestante Sello d. cap. 47. num. 8. & Barbos. loc. cit. num. 7.
- Præcedentia inter Curatos ecclesiarum parochialium non ratione Regule, sed ratione antianitatis, seu prerogative ecclesie parochialis, Curatis danda est. Sac. Congreg. Rit. in Asten. 21. Martii 1609. teste Sello d. cap. 47. num. 9. & Barbos. loc. cit. num. 8.
- Præcedentia semper debetur Clero seculari supra Regulares, etiam in ipsorum Regularium ecclesiis; Cap. Alia. 6. caus. 16. q. 1. cum similibus; Sac. Cong. Rit. in Firmiana. Terre. Sancte. Victorie. 31. Martii 1618. cujus meminit Joann. Maria Novar. in Lucerna Regul. verb. Præcedentia n. 4. & 5. Hinc eadem Sac. Congreg. Rit. die 3. Aug. 1602. decrevit, & ordinavit, ut in generalibus processioneibus fratres, seu Monachi, vel Ordines Regulares antecedant, & Presbyteri, seu Clerici Seculares subsequantur, & ultimum locum teneant, nec mixtum cum Regularibus incedant, & Clemens VIII. in sua constit. incip. Que ad removendum 5. Nov. 1603. ex voto ejusdem Sac. Congreg. declaravit, Clerum secularem in omnibus locis, etiam in propriis ecclesiis, Convenibus Patrum, Monachorum, & Religiosorum quorumcumque in universo regno Castellæ, & Legionis præferendum esse, & præcedere debere, quam Clement. VIII. constitutionem observari mandavit Gregor. XV. in sua constit. incip. Alias à felicis, die 3. Aug. 1622. que reperiantur impressa apud recollectionem Apostolicarum constitutionum, quam imprimi curavit. Status Ecclesiasticus Regnorum Castellæ, & Legionis. Sic apud Barbosam loc. cit. num. 9.
- Præcedentia inter Presbyteros sumitur ex antianitate Ordinis non ex gradu Doctoratus, quia Presbyteratus Ordo longe dignior est, quam gradus Doctoratus. Sac. Cong. Rit. in Mediolanen. 29. Novemb. 1603. & in Messanen. Taurinen. 20. Jun. 1609. & in Panormi. 15. Maji 1610. & in Terre Coniglionis in Sicilia 19. Martii 1611. & in Fanen. Sancti Constantii 4. Jul. 1615. & in Catanen. 30. Januar. 1616. & in Noerina. Terre. Gualdi. 19. Jan. 1619. & in Cephaluden. ac Catanen. eadem die, & in Messanen. Terre. Gagliani. 20. April. 1619. & in Catanen. 22. Aug. 1620. & in Cephaluden. 30. Martii 1621. quarum meminit Sellius d. cap. 47. num. 10. Beneficiatus in ecclesia sui beneficii præcedentiam habere debet supra alios Beneficiatos in eadem ecclesia non Sacerdotes; Sac. Cong. Rit. in nullius prodi. Florentin. de mens. Jan. 1633. quam refert Bonfadin. in thesaur. eccles. dec. res. 32. n. 10. & Barbos. loc. cit. n. 10.

- Præcedentia antianitatis inter ejusdem Ordinis Milites servanda est, non autem inter milites diversi Ordinis. Sac. Cong. Rit. in Meliten. 9. Maji 1609. penes Aidan. d. tit. 6. num. 7. Barbos. loc. cit. num. 11.
- Præcedentia inter Balivos Capitulares, & Milites magnæ Crucis Religionis Hierosolymiti. per antianitatem, & non per aliam rationem est discutienda. Sac. Congreg. Rit. in Meliten. 12. Aug. 1608. teste Aidan. d. tit. 6. num. 8. & Barbos. loc. cit. n. 12.
- Præcedentia Advocatorum Consistorialium est ante alios Advocatos Romæ Curie. Sixtus V. constit. 62. incip. Sacri. 10. Kal. Sept. 1587. apud Laert. Cherub. in Bullar. tom. 2. pag. 588. alias p. 477. in novis. impress. & Barbos. loc. cit. num. 13.
- Præcedentia Canonicorum secularium Ecclesie Lateranensis est ante canonicos S. Petri de Urbe. S. Pius V. constit. 94. incip. Infirma. 12. Kal. Jan. 1596. apud Laert. Cherub. d. tom. 2. p. 340. alias pag. 255. & Barbos. loc. cit. num. 15.
- Præcedentiam habent Canonici S. Georgii in Alga quoad Canonicos Congregationis Lateranensis. S. Pius V. constit. 127. incip. Cum alias 11. Kal. Junii 1577. apud Laert. Cherub. d. t. 2. pag. 340. alias pag. 255. & Barbos. loc. cit. num. 15.
- Præcedentiam habent Canonici Regulares Lateranenses quoad Monachos Cassinenses. S. Pius V. constit. 75. incip. Romanus, pridie Idus Octob. 1568. apud Laert. Cherub. dict. tom. 2. pag. 272. Immo etiam ante omnes alios Regulares post Clerum secularem; Idem S. Pius V. constit. incip. Cum ex Ordinum. 10. Kal. Januar. 1570. apud Laert. Cherub. d. tom. 2. pag. 442. alias pag. 243. in novis. impress. & Barbos. loc. cit. num. 16.
- Præcedentiam Fratrum Prædicatorum quoad alios Mendicantes, & etiam non Mendicantes post Clerum secularem, & antiquos Ordines Monachales statuit S. Pius V. constit. 75. incip. Divina. 27. Aug. 1578. apud Laert. Cherub. d. tom. 2. pag. 267. Clement. VIII. constit. 13. incip. Inter cetera. 25. Sept. 1502. referente Joann. Maria Novar. in Lucerna Regul. verb. Præcedentia num. 16. & illarum meminere Fr. Emman. quart. Reg. tom. 10. quest. 35. art. 1. Pia. sec. in praxi Episcop. part. 3. cap. 3. pag. 210. Scortia in relect. Summorum Pontificum constit. capit. 156. theorem. 393. Michael Petrus de præcedent. ecclesiast. quest. 45. num. 3. & Barb. loc. cit. num. 17.
- Præcedentia inter Regulares de suburbis, & territorio Romano, servatur sicut in ipsa Urbe. Sac. Congreg. Rit. in Tusculana. 4. Martii 1631. de qua Sellius d. cap. 47. num. 11. Nam ad tollendas omnes lites, & controversias in materia præcedentiarum debet servari id, quod in Alma Urbe omnium Magistræ servatur. Sac. Congreg. Episc. & Regul. 26. & 30. Aug. 1593. referente R. P. D. Sperello in decis. fori ecclesiastice. decis. 76. num. 16. & Barbos. loc. cit. num. 18.
- Præcedentia inter Monachos servatur juxta Bullam Gregorii XIII. Sac. Congreg. Rit. in Saxoferraten. Nucerna diocesis. 16. Maji 1614. penes Aidan. d. tit. 6. num. 10. & Barbos. loc. cit. n. 19.
- Præcedentiam habent Monachi Cistercienses reformati Ordinis B. Mariæ Fulien. ante Ordines Mendicantes Clemens VIII. constituit. 56. incip. Regis. Non. Febr. 1599. apud Laert. Cherub. in Bullar. tom. 3. pag. 92. alias pag. 53. & illius meminit Mich. Petrus de præcedent. ecclesiast. q. 45. n. 5. & Barbos. loc. cit. num. 20.
- Præcedentiam Monachis semper, & ubique tribuere debent Fratres Mendicantes. Sac. Congreg. Rit. in Metropolitana. 23. Mart. 1619. teste Aidan. d. tit. 6. n. 12. & Barbos. loc. cit. n. 21.
- Præcedentiam habent Fratres Minores S. Francisci de Observantia ante Fratres Minores Conventuales.



- les; Leo X. constit. 26. incip. Licet 6. Decembris 1517. apud Laert. Cherub. in Bullar. tom. 2. pag. 520. alias pag. 429. in noviss. impress. & Barbosa loc. cit. num. 22.
- 23 Præcedentia inter Fratres etiam Observantes, & Tertiarios S. Francisci servatur juxta Bullam Gregorii XIII. ut ii præferantur, qui prius in loco Conventus monasterium, & locum obtinuerunt. Sac. Congreg. Rit. in causa montis feltri 3. Octob. 1613. & in Coertina 1. Martii 1614. & in Terracinen. 3. Sept. ejusdem anni, & in Rossanen. terra novæ 14. Feb. 1615. & in Agrigentina terra Martii 4. April. ejusdem anni, & in Melin. 15. Jul. 1617. & in Spoletana 8. Aug. 1618. & in Orvina terra Fratte 28. Sept. 1619. & in Tuderina terra Altaris 1620. De quibus Aldan. d. tit. 6. n. 13. & Barbosa loc. cit. n. 23.
- 24 Præcedentia inter simplices Presbyteros debetur ancianis, nisi Presbyteri minores suppleant vices, & munus parochi. Sac. Cong. Rit. in Prænestina præcedentia 13. Aug. 1701. apud Monacell. tom. 4. Supplement. ad tertium tom. n. 100.
- 25 Protonotarius ratione hujus dignitatis non præcedit in choro, & functionibus aliis Presbyteris ancianis, quamvis in ecclesia non adsint distributiones. Sac. Congreg. Rit. in Nullius Phasani, Præcedentia 24. Jan. 1688. apud Monacell. loc. cit. n. 101.
- 26 Secus tamen si incederet in habitu Protonotarii, ut declaravit eadem Sacra Congregat. in alia Ventimilien. 13. Septemb. 1670. apud Monacell. loc. cit. num. 101.
- 27 In processionibus, quæ fiunt cum interventu Capituli Cathedralis, præcedentia debetur Beneficiatis ejusdem supra Parochos. Sac. Congreg. Rit. in Tau-rinen. 2. Octob. 1683. Et licet contrarium decisum reperiat in alia Bituntina 21. Aug. 1688. in qua præcedentia data fuit Parochis supra Beneficiatos Cathedralis, & hoc evenit, quia Parochi Bituntini habent stallum in choro, & sunt de gremio illius Capituli, ut positive se recognovisse testatur Monacell. loc. cit. num. 104.
- 28 Præcedentia, quæ debetur Parochis perpetuis, eadem debetur Parochis, & Curatis amovibilibus ad nutum, quia etiam hi gaudent prærogativis Parochorum perpetuorum, ut respondit Sac. Cong. Conc. in una Comensi 27. Martii 1706.
- 29 Et hoc procedit etiam in eorum Substitutis, & Subrogatis. Sac. Cong. Rit. 20. Jan. 1691. apud Monacell. loc. cit. n. 106.
- 30 Præcedentia inter Regulares utriusque sexus incipit à die professionis, non Habitus, non obstante quolibet prætextu, & contraria consuetudine. Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Ravennatensi 12. Septemb. 1588. in una Augustinian. Lombardie 7. Jan. 1650. apud Nicolium in Flusculis verb. Præcedentia num. 15. Et pro Monialibus est decretum à Sac. Cong. Conc. in Paduana, de anno 1608. apud Barbos. in Summ. Apostolic. decis. verb. Præcedentia num. 29. Quod scilicet præcedentia inter Moniales à die Professionis, non autem receptionis Habitus Regularis debetur: quatenus vero duæ in simul professionem emitterent, illa, quæ prius admissa fuerit, præcedere debet; & si eodem tempore ad Habitus admixta fuerint, data etiam professionis paritate, quia prius in Capitulo acceptata fuerit, præcedere debet. *Hæc ibi.*
- 31 Si duo profuerint eodem prorsus temporis momento, & eodem quoque tempore fuissent vestiti, data paritate professionis, præcedit qui prius acceptatus fuit, licet eodem Capitulo; Sac. Cong. Episc. & Regul. in Assisien. 13. Martii 1603. apud Nicol. loc. cit. sub num. 15.
- 32 Etiam professio facta fuisset in alio monasterio. Sac. Congregat. Episcop. & Regul. in Mexicana 3. Jan. 1594. apud Nicol. loc. cit. sub n. 15.

Licet quis vellet cedere Juri suo. Sac. Cong. Episc. & Regul. in Assis. 30. Octob. 1600. apud Nicol. loc. cit. sub num. 15.

Non obstante quolibet contraria consuetudine, quæ declaratur abusus. Sac. Cong. Episc. & Regul. in Neapol. 23. Novemb. 1592. in Anconitana 14. Jun. 1595. apud Nicol. loc. cit. sub n. 15.

Qui professionem nulliter omisit ratificavit, non nisi à tempore ratificationis præcedentiam meretur, prout declaravit, & censuit Sac. Cong. Concil. 1. Octob. 1672. in dubio Præcedentia. Quod decretum refert Card. Petra in comment. ad contritus. Apostolic. tit. 4. circa cons. 8. Eugen. IV. sub num. 17.

Ex gratia concessa fuit præcedentia à Sac. Cong. 26 à die completi anni Novitiatu, dum per Novitiam non stetatur, quominus professionem emitteret. Sac. Cong. Episc. & Regul. in una Vallumbrosianor. 14. Nov. 1657. & in una Augustinianor. 24. Julii 1654. apud Nicol. loc. cit. sub n. 15.

Præcedentia in Professis ante tempus bona fide incipit à fine 16. annorum. Sac. Cong. Episc. & Regul. in una Basilianensium 13. Novemb. 1647. apud Nicol. loc. cit. num. 16.

In Laicis factis Clericis per Breve incipit à die professionis Clericalis. Sac. Cong. Episc. & Regul. 26. Feb. 1649. apud Nicol. loc. cit. n. 16. & Lantusch. Theatr. Reg. verb. Præcedentia num. 3. ubi affert decretum ad litteram.

In Novitiis, durante Novitiatu, præcedentia desumitur à die Habitus. Sac. Congregat. Episc. & Regul. in Forosempionen. 1. Jan. 1601. apud Nicol. loc. cit. num. 17.

Novitii Clerici in Ordine Minorum de Observantia, & Reformato. non præcedunt Laicos Professos. Sic Sac. Congregat. Episcop. & Regul. 8. Augusti 1663. apud Lantusch. in Theatro Regular. verb. Præcedentia num. 1. his verbis: "Sac. Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcop. & Regular. præposita, & Auditio Commissario Generali Ordinis hujusmodi statuit, atque decrevit, ut Novitiis quousque professionem emiserint, nam in publicis, quam in privatis functionibus ultimatum locum deberi." Roma 8. Augusti 1653. M. Card. Ginesius H. Archiepiscop. Patracen. Secretarius, & refert etiam Mathæus. loc. cit. num. 10. Quoad Novitios tamen Minorum refert Pignatelli. tom. 10. consulti. 56. num. 8. & 9. quod relata in Sacrorum Rit. Congregatione per Cardinalem Franciottum controversia à Fratibus Conversis, & Oblatis Professis Ordinis Minorum excitata, ex quo ipsi præcedentiam sibi deberi præsumerent supra Novitios Clericos, qui nondum Professionem emiserant. Eminentiissimi Domini visis, ac mature perpensis partium Juribus, censuerunt præcedentiam deberi Novitiis Clericis supra Laicos juxta dispositionem Juris communis, & constitutiones editas à Capitulis Generalibus Romano, & Massiliensibus, & ita ubique, & in toto Orbe servandum esse mandarunt sub penis in contravenientes, vel non acquiescentes per Regule constitutiones decretis, aliterque arbitrio Sacre Congregationis. Die 28. Septemb. 1615. Julius Episcopus Sabinensis Cardinalis Secretarius, Franciscus Maria Phabius Congregationis Sacrorum Rituum Secretarius.

Clerici, & Choristæ præcedunt Conversis licet professione antiquioribus. Sacra Cong. Episc. & Regul. in Fulginaten. 19. Octob. 1621. apud Nicol. in Florculis verb. Præcedentia sub num. 15. Et expresse Urbanus VIII. in suo brevi incipiente Cum sicut: in quo sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda prohibetur, ne Laici Ordinis Minorum, etiam ratione antiquioris receptionis ad Habitus, vel Professionis primo emissæ Clericos, tam in publicis, quam in privatis ejusdem Ordinis functionibus præcedere au-

adeant; Qua censura ligantur quoque Superiores permitentes. Vide apud Lantusch. in theatro Reg. verb. Præcedentia num. 1. ubi per extensum refert totum dictum Urbani VIII. Breve dat. 16. Novemb. 1642.

42 Clerici Religiosis ministrantium infirmis in quibusvis actibus Laicis ejusdem Ordinis etiam antiquioribus professione præferuntur, ut expresse statuit Alexander. VII. in suo Brevis incip. Alias emanavit, dat. 5. Decemb. 1662. relat. per extensum à Lantusch. in additione ad theatrum Reg. verb. Præcedentia num. 2.

43 Præcedentia Fratibus Minoribus de observantia de una ad aliam provinciam incorporatis debetur à die tantum suæ incorporationis; Sic expresse statutum est in Capitulo Generali de anno 1625. tit. pro Cis-montana Familia, ibi: Qui sua sponte, licet obtenta prius licentia, ad alienam provinciam transierint, Fratres tam incorporati, quam incorporandi; in ea locum, ordinem & præcedentiam à die tantum incorporationis suæ non autem à die receptionis Habitus, aut emissæ Professionis teneant, & habeant, quæ statuta fuerunt in forma specifica confirmata ab Urbano VIII. constit. 49. incip. Sacrosanctum: Et hoc est intelligendum, etiam si Religiosus incorporatus in alia provincia, denuo redeat ad suam primam, ibique, ubi primo Habitus sumpserat, reincorporetur. Sic expresse multis adductis docet Pignatelli. tit. 10. consulti. 62. per tot. & ex ipso Mathæus. Officialis Curie ultimæ impressionis Venetæ cap. 37. n. 9. per textum in cap. Mandamus 2. caus. 19. quest. 2. ibi: Mandamus, & universaliter interdicitur, ne quis canonicus Regulariter professus Monachus efficiatur: Quod si decreto nostro contraire præsumens agere tentaverit, ad Ordinem Canonicum præcipimus ut reddatur. Et ultimus in choro maneat: & cap. Intelleximus 12. de etate, & qualitate, ibi: Ne quis Canonicus Regularis. . . efficiatur Monachus, & si factus fuerit, ad Canonicatus Ordinem revertatur, ultimus in choro manendo. Hinc non poterit Definitorium Provincie, in qua ipse primo Habitus sumpserat, illum reincorporare cum privilegio præcedentia à die susceptionis Habitus; cum sit contra dictum statutum à Summo Pontifice confirmatum, in quo nullus inferior Romano Pontifice dispensare potest. c. Inferior 4. dist. 21. c. Cum inferior 16. de majoritat. & obediens. Clementin. Ne Romani de electione. Sic cit. Doctores, & alii (Vid. num. 9. art. 3. verb. Capitulum).

44 Regulares inter se præcedunt secundum Ordinem præscriptum in Bulla Gregorii XIII. quæ quantum ad præscos hic affertur.

45 Tenor igitur dictæ constitutionis est: "Exposit, & infra; De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod quicumque ex dictis Fratibus Mendicantibus, inter se de præcedentia hujusmodi contendebit, aut Confratibus confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & cause præmissorum occasione ortæ nam sint, seu orti contingerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentia, ac Juris præcedentia sunt positi, quibuscumque reclamationibus, appellationibus, & aliis subterfugijs prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis in processionibus, nam publicis, quam privatis præcedere debeant.

Quando vero non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentie hujusmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ii, qui antiquiores in loco controversie, Confratres vero inter se litigantes, ii, qui prius sacris usi sunt in processionibus, tam publicis, quam privatis præcedere debeant; ita ut si contingerit, nova monasterio, aut domus alieujus Ordinis Mendicantium, fundari in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus monasteria, aut domus prius erecta, & instituta sint, ille Ordo,

qui prius monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat.

Præterea quia inter prædictos Ordines plerumque alia in processionibus, & alia in Conciliis Generalibus, & aliis actibus publicis, sive privatis ratio circa modum præcedendi servatur, nolimus per presentes prærogativis dictorum Ordinum quoad præcedentias hujusmodi, quæ propriis Ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, præjudicium generare. Sicque per quoscumque &c. irritum &c. non obstantibus &c. Romæ 25. Junii 1583.

Insuper affertur ad hoc ali consimilis constitut. Urbani VIII. confirmans decreta Sacre Congregationis, utpote ad mentem dictæ constitutionis Gregorii XIII.

Nuper pro parte Dilecti filii Blasii à Cherisio, Procuratoris Generalis Patrum Ordinis Minorum S. Francisci, Conventualium nuncupatorum, Nobis expositum fuit, quod dictus Ordo gravatur admodum libitus occasione præcedentia cum aliis aliorum Religionum Regularium in processionibus, ex quo etiam alias à Venerabilibus Fratibus S. R. E. Cardinalibus negotiis Regularium Præpositis, diversis in præfata materia præcedentia literis emanatis, unam videlicet contra ejusdem Ordinis observantia nuncupatos Arbenses, aliam contra Servorum Beatæ Mariæ Virginis Soanen. nec non duas literas contra Prædicatorem respectivè Ordinum Fratres Cassanen. & Ferentinos obtinuerit tenoris subsequentis videlicet.

Arbi. Al. Arcivescovo.

"Pare che sia nata differenza della precedenza tra costei Frati di S. Francesco Conventuali, ed Osservanti, allegando ogn' uno di loro alcune ragioni, per le quali si persuadono di dover precedere agli altri, le quali essendosi diligentemente considerate nella Congregazione di questi miei Illustrissimi Signori preposti da Nostro Signore sopra le cose de' Vescovi, & Regulari, s'è risoluto etiam con il parere degl' Illustrissimi Protettori di tutte due le Religioni di far scrivere à V. S. che occorrendo più simili differenze, le termini senza alcuna eccezione nell' istesso modo, che quel Convento tenga il primo, è più degno luogo, che è più antico nella Città, secondo che si è fatto sin' ora, per quanto si presuppone. Imperciocchè questo mezzo usato altrove è stato tale, che ha finito ogni controversia, come si spera, che farà anche costì per mezzo della prudenza, & destrezza di V. S. Dio &c. Roma 6. Marzo 1528.

Al Vescovo di Soana, & suo Vicario.

"Avendo inteso questi miei Signori Illustrissimi che in cotesta Città sono in disparere di precedenza li Frati de' Servi con quelli di S. Francesco conventuali; hanno voluto, che io faccia sapere à V. S. che nella precedenza di questi Mendicanti, secondo il parere di Nostro Signore, s' attende solamente l' antichità de' loro Conventi, cioè, che precedino quelli, che prima hanno ottenuto li Monasteri ne' luoghi, ove è nata la differenza; nè perciò ella potrà dichiarare, che quelli precedentino, li quali prima sono venuti ad abitare in cotesta Città, che sarà appunto conforme à quello, che s'è risoluto, ed osservato in altri luoghi &c. Roma li 24. Maggio 1583.

Al Vescovo di Cassano.

"Fu dato in Congregazione un memoriale dal Procuratore Generale de' Frati Conventuali di S. Fran-



«Nescio à nome del subdetto Monastero di Castro-  
«villari di cotesta Diocesi, nel qual si voleva, che  
«alcuni Padri di S. Domenico, che poco fa hanno  
«piagliato luogo nella medesima Terra, pretendeva-  
«no nelle azioni pubbliche di precedergli, non os-  
«stante, che già siano 350. anni, che quel Monas-  
«terio di S. Francesco è fondato, è sapendosi che  
«Nostro Signore altre volte aveva dichiarato, co-  
«me si doveva procedere in simili casi, questi miei  
«Signori Illustrissimi vollero, che se ne desse conto  
«à Sua Beatitudine, la quale ha commesso, che si  
«scriva à V. S. che faccia avere la prerogativa,  
«ove nascono queste novità, alle Religioni, che son  
«più antiche nel luogo, il che farà V. S. intendere  
«à detti Padri di S. Domenico, ed opererà, che  
«così s' eseguisca. Roma li 24. Maggio 1583.

*Referentino al Vescovo.*

«Nella differenza, che verte tra cotesti Frati di  
«S. Domenico, è quelli di S. Francesco per conto  
«della precedenza, la Sacra Congregazione vuole,  
«che s' osservi per l' avvenire quello, ch'è stato os-  
«servato tra loro per lo passato, sin tanto che non  
«sia destinato altro, ed inclina, che conforme al mo-  
«do proprio di Gregor. XIII. di fel. mem. debba-  
«no precedere quelli, che prima hanno avuto il  
«luogo, nella Città, ed i Decreti, che si allega-  
«no per parte de' Frati di S. Domenico, in con-  
«trario, non sono stati fatti per derogare general-  
«mente al moto proprio di Gregorio XIII. oltre  
«che in quelle occasioni militavano altre ragioni da  
«quelle, che possono militare costì. Questa è la  
«mente di questi, Illustrissimi miei Signori, ed ella  
«dovrà eseguirsi, è Dio ec. Roma li 1. Giug-  
«no 1604.

«Attamen in casibus occurrentibus eadem litera  
«reputantur provisiones particulares, non autem De-  
«clarationes Generales, dicitur Fratres Convenua-  
«les nova semper iudicia isdem de rebus subire co-  
«nguntur. Quare d' Blasius Procurator generalis No-  
«bis humiliter supplicare fecit, ut circa prædictarum  
«literarum observantiam per aliquod opportunum de-  
«clarationis nostræ ministerium providere, ac alias  
«ut infra, indulgere de benigne Apostolica dig-  
«naremur. Nos igitur &c. reinsertas literas ab eis-  
«dem Cardinal. alias utumque in casibus particula-  
«ribus emanatas, cum innitatur Justitiæ motus pro-  
«prij Gregorii XIII. hac de re editi, & sint con-  
«formes Declarationibus Sacr. Concil. Tridentini, ac  
«Rituum Congregationum, ut qui sunt in posses-  
«sione præcedentia, præcedant, & ubi non proba-  
«ntur, aut non constat de possessione, præcedant il-  
«li qui sunt antiquiores in loco controversiæ, esse ge-  
«neraliter observanda, ubicumque contigerit de ea-  
«dem præcedentia dubitari, Apostolica auctoritate  
«tenore præsentium præcipimus, & mandamus. De-  
«cernentes &c. non obstantibus &c. 18. Decem-  
«bris 1629.

46 Constitutio Gregorii XIII. comprehendit etiam PP.  
«Ordinis Prædicatorum, adeo ut in materia præcedentia  
«in processionibus, etiam quoad ipsos sit præceden-  
«dum ad præscriptum dicitur Gregorianæ, cum etiam res-  
«pectu dicitur Patrum vigeat motivum, propter quod  
«Gregorius XIII. edidit dictam constitutionem, nem-  
«pe ob sedandas lites, & controversias, quæ in dies  
«oriebantur occasione præcedentia, vel Juris præce-  
«dendi in processionibus, ut innuitur in præmio dic-  
«tæ constitutionis; tum quia etiam ex mox adducta  
«constitutione Urbani VIII. constat expresse etiam  
«contra ipsos fuisse editam sine ullo dubio constitu-  
«tionem Gregorii XIII. & revera comprehendere etiam  
«PP. undequaque dignissimos Prædicatorum, seu Do-  
«minicanos; & per dictas constitutiones Gregorii XIII.

& Urbani VIII. moderari quoad hoc constitutionem  
«Sancti Pii V. incip. Divina:: & constitutionem Cle-  
«mentis VIII. incip. Inter cetera:: restringi ad loca  
«Aragonie, Valentie, & Catalonia, ut plurimis adduc-  
«tis late probat Pignatell. tom. 1. consulti. 138. per tot.  
«& Mathæus. loc. cit. num. 3. & alii. Hinc Sacra  
«Congregatio deinceps ubicumque casus evenit, res-  
«pondit juxta dispositionem dicitur constitutionis Gre-  
«goriana, & præsertim in una Arben. die 13. Mar-  
«tii 1582. in una Castanen. 24. Maij 1583. in una  
«Ferentina die 1. Junij 1604. in una Fesularum  
«die 15. Julij 1616. in una Conventualium die 13.  
«Novembris 1637. in una Augustinianorum die 8.  
«Octobris 1645. ut observat Pignatell. loc. cit. num. 14.  
«& idem confirmavit Urbanus VIII. in allata con-  
«stitutione supra num. 45. & utriusque Pontificis li-  
«teras expresse servari mandavit dicta Sacra Congreg.  
«Episcoporum, & Regul. die 6. Octobris 1645. his  
«verbis: Sacra Congreg. censuit servandas esse lite-  
«ras Gregorii XIII. & Urbani VIII. ea de re editas,  
«ut qui sunt in possessione præcedentia, præcedant,  
«& ubi non constat de possessione, præcedant il-  
«li qui sunt antiquiores in loco controversiæ, & ita ab  
«his, ad quos spectat, servari mandat, & præcipit;  
«& sic refert Lantuscha loc. cit. num. 30. & Mathæus  
«loc. cit. num. 3. ubi subjungit: Ceterum ubi est  
«consuetudo, quod Regularis præcedant inter se ra-  
«tione Originis Religionis, & non fundationis Conven-  
«tus, est servanda, ut respondit Sac. Cong. Episcop.  
«& Regul. in Foroviv. 23. Februarii 1693.

Item dicta constitutio comprehendit etiam Monachos,  
«nempe quod Monachi præcedant inter se se-  
«cundum ordinem præscriptum in Bulla Gregorii XIII.  
«incip. Expositi, & adducta supra num. 44. Sic Sac.  
«Congreg. Rit. in Saxoferrat. Nucerina Diocesis 19.  
«Maij 1614. & in alia causa Monachorum 29. Nov.  
«1618. & idem pluries declaravit Sacra Cong. Episc.  
«& Regul. & referunt Pignatell. loc. cit. num. 22.  
«& Barbosa lib. 1. juris ecclesiast. Universal. cap. 43.  
«d. num. 183. ubi varias ejusdem Congregationis in  
«casibus occurrentibus datas declarationes ad literam  
«adducit.

Regulares Conventus de recenti fundati in loco,  
«in quo adest alter ejusdem Ordinis Conventus, gau-  
«dent eadem præcedentia, qua gaudent Fratres illius  
«antiquioris sui Ordinis Conventus; Sic expresse ha-  
«betur ex declaratione, & responsione Sac. Rit. Cong.  
«ad sequens dubium ei propositum his verbis.

Pro parte Procuratoris Generalis Ordinis Minori-  
«um Observantia, Sac. Rit. Congregationis exposi-  
«tum fuit, quod cum in pluribus locis, & civita-  
«tibus Orbis inveniatur duo, & aliquando plura  
«monasteria ejusdem Ordinis Minorum Regularis Ob-  
«servantia, & in publicis, & privatis processionibus,  
«circa modum præcedendi, dubitetur, quo loco  
«incedere debeant Fratres monasterii novissime  
«fundati in eodem loco, seu civitate? An in ultimo  
«loco, ut aliqui opinantur, juxta tempus fundatio-  
«nis sui Monasterii, disjuncti, & separati à Fratri-  
«bus ejusdem Ordinis antiquioribus, qui ab antiquo  
«monasterio habuerant in eodem loco, seu civi-  
«tate, vel potius uniti, & conjuncti cum Fratribus  
«ejusdem Ordinis incedere, & procedere in publi-  
«cis, & privatis processionibus debeant?

Audita relatione Illustrissimi, & Reverendissimi  
«Card. de Monte, cui hac causa commissa fuerat;  
«Eadem Sac. Congregatio respondit, & declaravit  
«juxta constit. fel. rec. Gregor. XIII. que incipit  
«Expositi &c. Præcedentiam dandam esse Ordini,  
«qui prius in loco monasterium habuit, & non tan-  
«tum illi monasterio, ita ut in illo loco per funda-  
«tionem primi monasterii acquiratur anterioritas ejus-  
«dem, sed etiam cultibet alii posteriori fundato ejus-  
«dem Ordinis. Idem quoque servandum, quando  
«præcedentia competit ex quasi possessione, & Ju-  
«re

re præcedendi in terminis dicitur constitutionis, &  
«quando concurrant ad processionem tam publicas,  
«quam privatas, omnes ejusdem Ordinis Fratres uni-  
«ti, & non divisim debere procedere, ita ut post cru-  
«cem Fratres strictioris Observantia, sive discalcea-  
«ti, seu Recollecti, vel Reformati uniti immediate  
«incedant, & post illos Fratres de Observantia dicitur,  
«sive juxta Regularia Ordinis statuta, vel ex quasi pos-  
«sessione, & Jure præcedendi præcedentiam habent.  
«Alioquin in præcedentia servetur etiam inter ejus-  
«dem Ordinis Fratres anterioris fundationis monas-  
«terii cujuscumque. Neque monasteria alterius Or-  
«dinis debere, neque posse impedire frui dicto Ju-  
«re præcedendi, neque ordinem incedendi perverte-  
«re, & ita in causa prædicta eadem Sac. Rit. Cong.  
«declaravit, & servari mandavit. Die 3. Jun. 1617.  
«M. Mar. Episcop. Ostiend. Card. Gallus.—Loco  
«Sigilli. — F. P. Macentius Secr.

49 Et hoc procedit non solum quando Fratres moder-  
«nioris Conventus incedunt simul sub cruce antiqui-  
«oris Conventus; sed etiam quando incedunt soli sub  
«propria cruce; Sic expresse decrevit Sac. Rit. Cong.  
«ut infra.

#### SALERITANA PRÆCEDENTIA.

«Orta alias controversia inter Fratres Reforma-  
«tos ex una, & nonnullis Regularis Civitatis Sa-  
«lernitane partibus ex altera, de, & super præce-  
«dendi Jure in publicis processionibus, & funerali-  
«bus, quando Reformati non incedunt cum Fami-  
«lia Min. Observ. Sac. Rit. Congreg. die 10. De-  
«cembr. 1629. Respondit: Præcedentiam semper dan-  
«dam esse Fratribus Reformatis, sive soli de per-  
«se, & sub propria cruce, sive cum familia &  
«sub cruce Minor. Observantium professionaliter,  
«sive in funeribus incedant, & ita ubique servari  
«mandavit: Cui Decreto non acquiescentes Patres  
«Sancti Augustini, Beate Mariæ de Carmelo, Sancti  
«Francisci de Paula, & Beati Petri de Pisis, ac  
«Beati Joannis Dei litis consortes existentes in ci-  
«vitate Salerni, quotiescumque incedant sub pro-  
«pria cruce, & sine Fratribus Observantibus de Fa-  
«milia, adiverunt Sac. Congreg. Rit. ut decla-  
«rare dignaretur, cui danda sit præcedentia, & pro-  
«posita iterum causa die 21. Aprilis 1640. per Emi-  
«nentiss. D. Cardin. Rondininum, pluries citatis, &  
«auditis in Jure, & in factis Procuratoribus Gene-  
«ralibus Ordinum ambarum partium, Eminentiss. Pa-  
«tres Sac. Rit. Congregationis præpositi confirman-  
«dum esse prædictum decretum 1629. censuerunt  
«sed cum Patres S. Augustini, & litis consortes, ut  
«denovo revideretur hujusmodi quæstio, instanter sup-  
«plicassent, placuit Eminentiss. Dominis novam au-  
«dientiam eis concedere, unde tertia vice proposi-  
«ta præfata causa; per eumdem Eminent. D. Card.  
«Rondininum, & acerrime utraque parte informante,  
«Sac. Rit. Congreg. sterit in decisis die 15. Decem-  
«bris 1646. — A. A. Card. Capponius — Loco  
«Sigilli. — M. Gallus Sac. Rit. Cong. Secr. —

Item aliud consimile in materia dicitur præcedentia  
«emanavit novissime decretum à Sac. Rit. Cong. die 8.  
«Martij 1700. quod fuit confirmatum ab Innocen-  
«tio XII. die 4. Junij 1700. ut infra.

«Emanavit nuper à Congregatione Venerabilium  
«Pratum Nostrorum S. R. E. Card. Sacris Ritibus  
«Præpositorum in causa præcedentia inter dilectos  
«Filios Fratres Provincia S. Didaci novæ Hispaniæ  
«in Indiis Ordinis Minorum S. Francisci de Obser-  
«vantia Discalceatorum nuncupatorum ex una, &  
«Fratres Provincia Sanctissimi Nominis Jesu Or-  
«dinis Eremitarum Sancti Augustini ex altera par-  
«tibus vertente, decretum tenoris, qui sequitur, vi-  
«delicet:

«Mexicana præcedentia. Cum sub die 13. Mar-

«tj proxime effluxi in causa præcedentia inter Fra-  
«tres Discalceatos strictioris Observantia S. Francis-  
«ci Provincia S. Didaci ex una, & Patres Augus-  
«tinianos Provincia Sanctissimi Nominis Jesu ex al-  
«tera partibus, super executione decretorum Sacræ  
«Rituum Congregationis diversis temporibus ad fa-  
«vorem eorumdem Patrum Discalceatorum S. Fran-  
«cisci alius editorum, & signanter lati sub die 3. Ju-  
«nij 1676. & per literas in forma Brevis datas 19.  
«Junij ejusdem anni à san. mem. Clem. PP. X. ap-  
«probati, ac confirmati in Regno Mexicano ultimo  
«mloco agitata; Sac. eadem Rituum Congregatio su-  
«per infrascripto dubio ab Eminentissimo, & Re-  
«verendissimo Domino Cardinali Petruccio relato,  
«videlicet:

«An fratribus Discalceatis, strictioris Observantia  
«Ordinis S. Francisci, non solum in processionibus  
«solis, & sub propria cruce, sed etiam in concio-  
«nibus, disputationibus, concurrentia Prælatorum,  
«aliisque actibus, tam publicis, quam privatis, in-  
«terveniente, vel non interveniente familia de Ob-  
«servantia competat præcedentia super Fratres Sanc-  
«ti Augustini tam in voce, quam in scriptis, parti-  
«bus acerrime informantibus auditis, responderit in  
«casu, de quo agitur, præcedentiam competere Pa-  
«tribus Discalceatis Sancti Francisci, ac amplius du-  
«bium proponi veterit, & nihilominus non acquies-  
«centes Patres Augustiniani insisterint, præter or-  
«dinem pro declaratione supradicti rescripti Sacra ea-  
«dem Rituum Congregatio die 8. Martij currentis 1700.  
«partibus auditis, referente Eminentissimo & Reve-  
«rendissimo Cardinali Petruccio, respondit: Fratres  
«Augustiniani pareant & perpetuo acquiescant, &  
«ita decrevit, & servari, ac exequi mandavit. —  
«Alderanus Card. Cibo. — Loco Sigilli. — B. In-  
«ghirami Sac. Rit. Cong. Secr. —

«Cum autem, sicut dilectus pariter filius Josephus  
«Montoro prædicti Ordinis Fratrum de Observantia  
«Discalceatorum professor, ac Sac. Theologiæ Lec-  
«tor, necnon Tribunalis Sac. Inquisitionis Quali-  
«ficator, ac dicitur Provincia Sancti Didaci Custos,  
«& Procurator, nomine dilectorum etiam Filiorum  
«Ministri Provincialis, & Definitorum ejusdem Pro-  
«vincia Nobis subinde exponi fecerit, ipse decre-  
«tum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur  
«exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocini-  
«o communitur, perpetuo umque desuper Fratribus Or-  
«dinis Eremitarum Sancti Augustini supradicti silen-  
«tium imponi, ac tandem ejusdem diuturnam con-  
«troversiam finiri summopere desideret; Nos ipsos  
«&c. supplicationibus eorum nomine nobis super hoc  
«humiliter porrectis inclinati, decret. præsertim  
«auctoritate Apostolica tenore præsentium confirma-  
«mus, & approbamus, illique inviolabilis Apostoli-  
«cæ firmitatis robur adjicimus, ac perpetuum præ-  
«dictis Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Augus-  
«tini silentium super præmissis imponimus. Decern-  
«entes &c. sicque &c. irritum &c. non obstantibus  
«&c. Romæ 4. Junij 1700.

Unde, ut vides, præcedentia debetur Fratribus  
«Minoribus Discalceatis, Recollectis, & Reformatis,  
«aliisque de Corpore Observantium, etiamsi sint pos-  
«teriores in loco controversiæ; dummodo in eo loco  
«priori ad alios Regulares, & in possessione præce-  
«dendi fuerint Observantes; quoties enim in eadem  
«civitate, seu oppido existunt plures ejusdem Ordinis  
«Conventus diversis temporibus fundati, antiquioritas  
«unius influit, & communicat præcedentiam omnibus  
«aliis ejusdem Ordinis quomodolibet posterioribus, ut  
«præcisus verbis censuit Rota die 21. Aprilis 1690. in  
«Hispanen. Præcedentia coram Emerix Decano de-  
«cis. 16. num. 4. ex impressis apud Monacell. part. 2.  
«in Appendic. addens, quod sic expresse disponit ea-  
«dem Bulla Greg. XIII. §. Quando vero, ibi: Si con-  
«tulerit nova monasteria, aut domus alterius Ordinis